

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. XX. De prædicandi & exhortandi gratia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

## C A P. X X.

De prædicandi & exhortandi  
gratia.

Emen præterea verbi diuini fo-  
Scundo corde percepit, tantaque ac-  
tam crebra exhortationis gratia dif-  
fusa erat in labiis eius, ut pater Nor-  
bertus de ipso gratulatorie dixisse  
perhibeat: Postquam ego in præ-  
dicationis cursu lassatus defecero,  
Godefridum filium meum fuscitabo  
more ceruorum, qui cum se veitato-  
rum instantiâ supra vires lassari per-  
senserint, alios pro se ceruos exagi-  
tandos fuscitare memorantur. Pro-  
inde vel vnum ex dictis eius, quod à  
fratribus didici memorabile, piæ  
menti non ingratum erit aduertere.  
Cum fratres exhortaretur non cu-  
rare labia iniqua, & detrahentium  
inepta mendacia, quia imperitos tā-  
tum falsus honor iuuat, & mendax im-  
famia terret, Mendacium, inquit, diu-  
non subsistere valet, veritas autem

C stalbi

34 GODEFRIDI COMITIS  
stabilis perseverat & solida. Menda-  
cium enim in præcipiti sedet equo , veri-  
tas autem in asino. Et recta plane simi-  
4. 14.  
14. 21.  
litudo , veritatem sedere in asino,  
quia & Dominus meus qui ait : Ego  
sum veritas , in asino sedere dignatus  
est.

CAP. XXI.

*De corporis castigatione.*

Co-  
nsth. 9. Corpus etiam suum est Apostoli-  
co castigabat exemplo, ac peren-  
ni frangebat ieunio, sciésque, quod  
Summa quies nil velle super quam pr-  
stulat usus  
Debitus, ut simplex alimonia, vestis &  
vna,  
et, te-  
st. Infirmos tegat ac recreet mediocriter  
artus,  
modicis omnino contentus erat ,  
quam frequentius bibens & , pa-  
ne solo excepto , vix aliud  
quippam alimento-  
rum sumpsit.

CAP.